

eum. Desiderium quod habet sive in voluptatibus sive quibuscumque vanis hujus mundi rebus, interficiet eum, vel vehementer torquet eum, ut mori videatur, cum loquatur modum, quo dicitur *evacatos nos esse cum magis aliquo malo torquemur*. Vel revera in suo desiderio morietur, neque compos erit aliquando rei quam desiderat. Nam *revertunt manus ejus facere, scilicet quietam*. Vel concupiscere non debuit piger, vel sedulo laborare et dare operam quò possit suum complere desiderium. *Toto die desideravi desiderium, q. d.*: Piger nec sibi, nec aliis prodest, imò sibi maxime nocet, tota die videlicet otiosus variis desideriis sospans intuetur; qui verò sedulo operantur et honesto labori intendunt, vanis desideriis non laborant. Indicat Sapiens ex pigritia et nasci desideria inutilia et nutiri, et tamen pigrum non posse remedium suis adhibere desideriis. *Iustus vero tribuit*. Qui toto studio perscrupitur iustitiam, non solum sibi sufficit, sed etiam aliis, non solum suo desiderio, sed alieno satisfaciunt. *Dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in seculum*, et tamen non prohibebit desiderium suum. *Pigrum opponit iusto*. Et proverbium ostendit, sapientis esse nec carere divitiis, nec avarè retinere, sed distribuere collectas.

VERS. 27. — HOSTILE IMPIORUM ABOMINABILES, QUÆ OFFERUNT EX SCLEHERE. Hebr.: *Sacrificium impiorum abominatio; quanto magis si mala mente (vel cogitatione) obtulerit illud?* Proverbium ostendit, Deum non numeris corrumpi, ut solent aliquando terrenti iudices, de quibus superius. Deus exsecrat impiorum sacrificia quæ videntur in illius laudem oblata, etiam juxta morem quo debeant fieri, et juxta ritum quo boni sacrificant. Non agnoscit Dominus externas ceremonias absque interno affectu, in his qui offerunt *scelerato animo*. Ceterùm si ex scelere vel *rapina* fuerit oblatio, *multo magis erit abominabilis*, ut puta duplici scelere contaminata, et impietate hominis et rapina. *Si nolam cogitationem* vertamus, ad hunc modum exponi potest versiculus: *Si mala cogitatione*, hoc est, animo, *sacrificet*, ut prosperum successum in improbitate sua habeat, vel quacumque alia intentione impia, maxime *exsecrabilis* erit ejus oblatio; quod infideles solent facere, nempe vivere et offerre demonibus, quò licentibus in sceleribus vivant, ut Balaam et Balac volentes populo Dei maledicere, Num. 25. Quadrat proverbium in eos qui cum sint scelere aliquo obnoxii, cujus poenitentia non ducuntur, nihilominus putant per alia pietatis opera se posse iram Dei placare: hanc impiam et scelestam de Deo cogitationem concipientes, quasi percontandi licentiam concederet alieni ea lege ut reliqua precepta studiosius observarent, contra illud Jacobi 2: *Qui offendit in uno, factus est omnium reus*.

VERS. 28. — TESTIS MENDAX PERIBIT, VIR OBIEDIENS LOQUETUR VICTORIAM. Hebr.: *Testis mendax (vel mendacii) peribit; et vir audiens perpetuo loquetur*. Ambigua vox est *peribit*: aliquando significat *victoriam*, aliquando *perpetualitatem* sive *eternum*, aut denique *rabur* et *fortitudinem*. Contra falsos testes etiam profana lege

sancitur jus talionis. Dignum est enim ut perant qui alios voluerunt perdere; *peribitque* humano fraude illorum deprehensa, et veritate comperita. Aliter, Deo iudice *peribit*, quem nulla late veritas; vel, *peribit*, et non testificabitur amplius; q. d.: *peribit ab illo manere*. Verùm vir qui non testificabit nisi quod audit, hoc est, veritatem quam audit et novit, *perpetuo loquetur*, et testis manere fungetur perpetuo, vel, *perpetuo loquetur*, hoc est, non peribit; ut loqui pro vitare capiat. Aliter: *Vir audiens legem Dei, et obtemperans illi, in æternum loquetur* verum testimonium; q. d.: Falsi testes morte puniendi sunt, tanquam legis transgressores. Sed de falsis testibus qui non quod audiverunt aut viderunt loquuntur, sed qui sœnia sua et dogmata reprobata pro verbo Dei loquuntur et prædicant, satis superque dictum est superius.

VERS. 29. — VIR IMPIUS PROCAETER OFFERIT VULTUM SUUM; QUI AUTEM RECTUS EST, CORRIGIT VIAM SUAM. Hebr.: *Roboravit vir impius vultum suum, ac rectus vias suas dirigit*, vel, *intelligit vias suas*, ut legunt Septuaginta aliquos sequentes Hebræos, qui hoc in loco legunt *intelligit*, non *dirigit*. A procedente versiculo pendet sensus, qui est hujusmodi: *Roboravit vir impius (supple verba falsa) vultum suum*, cum impudentià videlicet proferens falsum testimonium, et ipso vultu affirmans falsum; vel *contra vultum ejus*, hoc est, illius qui respondet et contradicit. *Sed iustus et æquus iudex facile intelligit vias et mores illius*. Aliter: *Qui rectus est, et affert verum testimonium, facit iudicis intelligere vias ejus*, satis habens rem exponere niddè, tanquam simplicem veritatem. Potest et melius in genere intelligi, ut sit sensus declarans quam latum fuerit discrimen inter *impium* et *rectum* sive *iustum*, quorum ille *vultum firmat*, et magnà sive constantià sive impudentià facit malum; hic verò *dirigit vias suas*, ut neque desiciat à recto, nec cum ostentatione quicquam faciat; non enim vultu aut fastu rectitudinem suam præ se fert. Si legatur *intelligit*, erit sensus: *Qui rectus est, satis habet quòd intelligit vias suas, absque eò quòd vultu exteriori ostentat*. Et est proverbium sive sententia digna Sapientia, tam paucis verbis tam profundum sensum cumulans.

VERS. 30, 31. — NON EST SAPIENTIA, NON EST PRUDENTIA, NON EST CONSILIUM CONTRA DOMINUM. EQUUS PARATUR AD BIER BELLI; DOMINUS AUTEM SALUTEM TRIBUIT (1), vel, *Dominus est salus*. Post multa de sapientia præclarè et prudenter excogitata, tandem veluti

(1) Non hoc significatur, quod forte quispiam ex hac sententiâ concipiat, frustra equum, arma et milites ad diem belli parari; sed tantum doceremur, modo potissimum sit expectanda salus et victoria, nihil à Deo, et Deum propterea esse orandum, ita tamen, ut non contumantur subsidia humana. Nam qui ita putat Deo confidentem esse, ut ingremte articulo hostilis oppugnationis, noli manibus se defendere, neque vim hostilem vi armorum repellere, si Deum testat, quia victoriam à Deo expectat velut quendam miraculo, cum possit ipse impetum hostilem viâ et ratione, quam natura præscripsit, avertere. Est enim lex nature, vini vi, salvâ lege iustitiæ, repellere. (Estius.)

compendio rem omnem absolvit et claudit, ostendens nullam ab eo laudatam esse sapientiam præter eam quæ Dominum agnoscit, et sapientes omnes ac prudentes viros Dominio esse subditos, neque quicquam moliri adversus Dominum. Aliter, *contra Dominum*, verti potest *coram*, vel *de regione Domini*, hoc est: Si cum sapientiâ Domini conferatur, non est sapientia ulla humana, vel prudentia, sed stultitia potius et amentia. Aliter: *Non est sapientia*, hoc est, nullus sapientia sibi proderit, *contra Dominum*; q. d., ut eripiatur de manu Domini. Quamvis *equus paratur ad bellum*, et cetera quæ sunt necessaria ad victoriam et ad eripiendum nos ab hostilibus, tamen servari non possumus nisi per Dominum. Si sententia Domini lata

## CAPUT XXII.

1. Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ: super argentum et aurum gratia bona.

2. Dives et pauper obliaverunt sibi; utriusque operator est Dominus.

3. Callidus vidit malum, et abscondit se; innocens pertransit, et afflictus est damno.

4. Finis modestiæ timor Domini, divitiæ, et gloria, et vita.

5. Arma et gladii in viâ perversi; custos autem animæ suæ longè recedit ab eis.

6. Proverbium est: Adolescens juxta viam suam; etiam cum sennerit, non recedit ab eâ.

7. Dives pauperibus imperat, et qui accipit mutuum, servus est pauperibus.

8. Qui seminat iniquitatem, metet mala, et virga ira sua consummabitur.

9. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur; de pauperibus enim suis dedit pauperi.

Victoriam et honorem acquirit qui dat munera: animam autem auferet accipientium.

10. Ejice derisorem, et exhibi cum eo jurgium, cessabuntque causæ et contumeliæ.

11. Qui diligit cordis munditiâ, propter gratiam laborum suorum, habebit amicum regem.

12. Oculi Domini custodiunt scientiam; et supplantant verba iniqui.

13. Dicit piger: Leo est foris, in medio platearum occidens eum.

14. Fovea profunda est aliena; cui iratus est Dominus, incidit in eam.

15. Stultitia colligata est in corde pueri, et virga disciplina: fugabit eam.

16. Qui calumniamur pauperem, ut augeat divitiâs suas, dabit ipse ditiori, et egebit.

17. Inclina aurem tuam, et audi verba sapientium; appone autem cor ad doctrinam meam.

18. Quæ pulchra erit tibi, cum servaveris eam in ventre tuo, et redundabit in labiis tuis;

19. Ut sit in Domino fiducia tua, unde et ostendi eam tibi hodiè.

20. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus et scientiâ:

est et decreta contra nos, nullâ sapientiâ aut consilio prudentiam eam licebit rescindere. Denique, *non est sapientia*, hoc est, non est sapiens reputatus, *adversus Dominum*: qui verâ Dominum religione non colit, sapiens non est estimandus. Infideles, Turci, M. heretici, hæretici, quamlibet sapientes videantur, tamen non sunt, cum contra Dominum sapientiâ suâ pugnent. *Equus paratur ad bellum*, q. d.: Neque in hominibus neque in animalibus fidendum est, neque ullis virtutibus bellis; nam *salus et victoria à Domino* solo pendet. Sive igitur animi prudentia sive vires sunt alicui, in his fidendum non est, nisi in Domino; et cum Domino his utendum, non contra Dominum.

## CHAPITRE XXII.

1. La bonne réputation vaut mieux que les grandes richesses; l'amitié est plus estimable que l'or et l'argent.

2. Le riche et le pauvre se sont rencontrés. Le Seigneur est le créateur de l'un et de l'autre.

3. L'homme habile voit le mal et se met à couvert; l'imprudent passe outre, et il trouve sa perte.

4. Le fruit de la modestie est la crainte du Seigneur, les richesses, la gloire et la vie.

5. Les armes et les épées sont dans la voie des méchants; celui qui garde son âme s'en retirera bien loin.

6. On dit d'ordinaire: Le jeune homme suit sa première voie; dans sa vieillesse même il ne la quittera point.

7. Le riche commande au pauvre, et celui qui emprunte est assujéti à celui qui prête.

8. Celui qui sème l'injustice moissonnera les maux, et il sera brisé par la verge de sa colère.

9. Celui qui est porté à faire miséricorde sera béni, parce qu'il a donné de ses pains aux pauvres.

10. Celui qui fait des présents, remportera la victoire et l'honneur; mais il ravit les âmes de ceux qui les reçoivent.

11. Chassez le railleur, et les disputes s'en iront avec lui; alors les plaintes et les outrages cesseront.

12. Celui qui aime la pureté du cœur aura pour ami le roi, à cause de la grâce qui est répandue sur ses lèvres.

13. Les yeux du Seigneur gardent la science; mais les paroles de l'injuste seront confondues.

14. Le paresseux dit: Le lion est là dehors; je serai tué au milieu des chemins.

15. La bouche de l'étranger est une fosse profonde; celui contre qui le Seigneur est en colère y tombera.

16. La folie est liée au cœur de l'enfant, et la verge de la discipline l'en chassera.

17. Celui qui opprime le pauvre, pour accroître ses richesses, donnera lui-même à un plus riche que lui, et deviendra pauvre.

18. Écoutez l'oreille; écoutez les paroles des sages, et appliquez votre cœur à la doctrine que vous enseignent.

19. Vous en reconnaîtrez la beauté lorsque vous la garderez au fond de votre cœur, et elle se répandra sur vos lèvres.

20. Elle vous servira à mettre votre confiance dans le Seigneur; c'est pour cela que je vous l'ai représentée aujourd'hui.

21. Je vous l'ai décrite triplement, avec méditation et avec science,

(1) Ce verset n'est point dans l'hebrieu, ni même dans quelques éditions latines.



21. Ut ostenderem tibi firmitatem et eloquia veritatis, respondere ex his illis qui miserunt te.
22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper est; neque conteres egeum in porta:
23. Quia iudicabit Dominus causam ejus, et configet eos qui confixerunt animam ejus.
24. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum virò furioso:
25. Ne fortè discas semitas ejus, et sumas scandalum animæ tuæ.
26. Noli esse cum his qui defigunt manus suas, et qui vades se offerunt pro debitis.
27. Si enim non habes unde restituis, quid cause est ut tollat operimentum de cubili tuo?
28. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.
29. Vidisti virum velocem in opere suo? coram rebus stabit, nec erit ante ignobilis.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1, 2. — MELIUS EST NOMEN BONUM QUAM DIVITIE MULTE (1); SUPERARGENTUM ET AURUM GRATIA BONA (2). DIVES ET PAUPER OBLIVAYERUNT SIBI (3); UTRIUQUE OPERATOR EST DOMINUS: Nomen bonum et gratia bona melior, hoc est, utilior, ut exponunt aliquot ex Hebræis; quod per bonam famam plus favoris assequatur aliquis quam argento et auro, juxta vulgi proverbium Hebræum, teste Ben Gerson: *melior est amicus in aulâ quam aurum in capsâ*. Aliter, et melius: *Nomen bonum est potius eligendum quam opes*

(1) Qui terrenis rebus student, divitias et potentiam cæteris rebus præponere solent; aliis potius est armorum gloria. Longè sapientissimus Salomon docet, bonam nominis famam res cæteras, quæ apud homines æstimantur, pretio superare. Bona autem nominis fama illa reputanda est, quam verum solide virtutis meritum parit; quæ enim sive ab errore hominum petitur, sive virtutis non sincere merito nullo, seu quam parit varia virtutis species, ut nihil æstimatur, si cæteris hujus vite bonis à Salomone preposita non fuisset. Cæterum licet bonam hanc nominis famam Salomon magnopere commendat, cum solis tamen divitiis comparat; nec æquum censuit conferre cum virtute, sapientia, æquitate, timore Dei, quæ unica sunt bona genuina et sincera. Satis est igitur Salomoni, si illam superiorem fortunæ commodis statuat. Vir probus bonam nominis famam in cæstrum eorum rejicit, quæ ab ipso contemnatur: non enim modò illam non querit, sed fugit ac vitat, cum non sine discrimine possideatur. Facile accidit ut celestis fama, exclusâ humilitate et sapientia, superbiæ et arrogantiam inducat. (Cimet.)

(2) Favor virorum amplissimorum, amicitia principum, amor populi, boni et fidelis amici benevolentia, res sunt omnium pretiosissime. Sed hæc simul omnia caduca sunt, si quæ alta, maxime et fortuita. At ubi soliditas in his quæ ab hominibus et mundo pendunt? (Cimet.)

(3) Dives et pauper propriè obliant sibi, quando dives ad petitionem pauperis supplet defectum sui indigentia. Et sic B. Martinus in portâ Ambianensium civitatis obliavit pauperi, dans ei medicamentum sui pallii. *Utriusque operator est Dominus*: facti enim pauperem ut habeat meritum patientiæ, et divitem ut subveniendo pauperi habeat meritum misericordie. (LIVRAN.)

21. Pour vous faire voir la certitude des paroles de la vérité, afin qu'elles vous servent à répondre à ceux qui vous ont envoyé.
22. Ne faites point de violence au pauvre, parce qu'il est pauvre; n'opprimez point dans le jugement celui qui n'a rien:
23. Car le Seigneur se rendra lui-même le défenseur de sa cause, et il percera ceux qui auront percé son âme.
24. Ne soyez point ami d'un homme colére, et ne vivez point avec un homme furieux,
25. De peur qu'il ne vous apprenne à vivre comme lui, et que vous ne donniez à votre âme un sujet de chute.
26. Ne vous liez point avec ceux qui s'engagent en touchant dans la main, et qui s'offrent à répondre pour ceux qui doivent;
27. Car si vous n'avez point de quoi restituer, qui empêchera qu'on ne vous emporte la couverture de votre lit?
28. Ne passez point les anciennes bornes qui ont été posées par vos pères.
29. Avez-vous vu un homme prompt à faire son œuvre? Il aura accès auprès des rois, et il ne demeurera point dans la foule du peuple.

*magne, et gratia bona est eligenda præ argento vel auro*; duplici de causâ, partim quod hæc sunt corruptibilia et nullis pereant modis, illud verò perpetuè dure; partim quod nomen bonum et gratia nisi per virtutem et sapientiam haberi non potest: solida, inquam, nominis fama et honor premium est virtutis; opes verò, aurum et argentum, ferè præter æquum et bonum circumulantur ac servantur. *Dives et pauper*. Divitiarum et paupertatis largitor est Dominus, et mittit ac dispensat inter homines. Unde aliqui, juxta hebraismum, occurrunt divitiis, aliqui pauperiati; sed bonum nomen peculiariter occurrit hominibus qui virtuti student; sic Aben Ezra. Aliter, et melius: Fieri potest ut dives deveniat pauper, et pauper ad divitias ascendat; in quâ mutatione fortunæ videntur occurrere vicium, dum alter descendit, alter ascendit, et tamen *utriusque est factor Dominus*; q. d.: Nemo æstimandus est ex opibus neque ex paupertate, cum ex his non pendeat neque fama nominis, neque gratia apud Deum aut homines; sed hæc quæ sunt maxime optanda comparantur per obedientiam Creatoris et Factoris; *utriusque operator Deus*; q. d.: Dum occurrunt invicem dives et pauper, in habitu exteriori ingens discrimen inter eos videtur, et longè plus æstimatur unus quam alter apud homines; et tamen uterque ad imaginem Dei factus est, quam si pauper servaverit integram per vite paritatem, apud Deum factorem non erit inferior vel famâ nominis, vel gratiâ, quam dives, quantumvis alioqui sit hic splendidus bysso et purpurâ vestitus, ille verò squalidus et ulceribus plenus, juxta parabolam evangelicam, Luc. 16.

VERS. 5. — CALLIDUS VIDIT MALUM ET ABSCONDIT SE: INNOCENS PERTRANSIIT, ET AFFLICUS EST DAMNO. Hebr. : *El pomis afficiuntur*. צָרִים astutus ferè in bonam partem capitur in hoc libello, pro sapiente et prudente, qui mala providere et præcavere solet antequam eventant. Verùm simplices et sapientie expertes capiuntur ferè malis, imò temerè transeunt ad loca

ubi malis occurrentibus involuntur. Aliter, et melius: *Qui verè sapiens est et in lege Dei versatus, videt fidei et Scripturarum intelligentiâ quanta mala futura sint peccatoribus et his qui transgrediuntur legem Dei, et abscondit se à peccatoribus, inter quos versari recusat; simplices et ignari, qui non perpendunt satis quid venturum sit, vel quem finem habituri sint qui malè vivunt et transgrediuntur leges seu humanas seu divinas, transeunt unâ cum peccatoribus, et puniuntur*. Tertio, qui sapiens est, satis novit quanta mala et pericula emineant hominibus hujus mundi, et abscondit se, declinando honores et opes ac cæteras hujus mundi vanitates; qui verò sunt expertes hujus sapientiæ, transeunt et libenter progrediuntur in mundanis illecebris; sed hi dabunt aliquando penas.

VERS. 4, 5. — FINIS MODESTI LE TIMOR DOMINI, DIVITIE ET GLORIA ET VITA. (Hebr. : *Merces humilitatis timor Domini*, etc.) ARMA ET GLADI IN VIA PERVERSI; CUSTOS VERÒ ANIMÆ SUE LONGÈ RECEDIT AB EIS. Aliter : *Spinæ, laquei sunt in viâ perversi*, etc. Septuaginta : *Tribuli et laquei in viis perversis*; consentiunt cum Hebræâ veritate. *Finis modestiæ*, summa laus humilitatis sive mansuetudinis et modestiæ; quæ si cum timore Domini jungatur, summum premium habet, nempe *divitias, gloriam et vitam*. Et hæc est melior expositio, ut subaudiatur copula : *Merces mansuetudinis et timoris Domini*. *Timor Domini* verè religionis et unius Dei cultum insinuat. Alioqui, juxta ambiguitatem sermonis Hebræici, ut nos habemus, verti potest : *Finis mansuetudinis est timor Domini*, q. d. : Humilitas remuneratur timore Domini tanquam premio. Prior expositio est melior. *Divitiæ et gloria et vita* sequuntur humilitatem et timorem Domini. Nam *omnis qui se humiliat exaltabitur*. Videntur hæc verba respondere ad ea quæ dicta sunt de nomine magis eligendo quam divitiis, quasi non convenirent; sed oportet alterum eligere. Cæterum *mansueti et timens Dominum* utrumque simul possidere potest, *opes, gloriam, sive famam*, idque non in uno temporis momento, sed vitam quoque, hoc est, per longitudinem dierum. Nos non tam *opes et gloriam* præsentem, neque *vitam* caducam intelligimus, quam mansueti et humiles non desiderant, sed futuram vitam et gloriam quæ permanet, ad quam non omnes perveniunt. Sunt offendicula multa quibusdam, juxta id quod sequitur : *Spinæ et laquei*. Sunt ex Hebræis qui *צָרִים frigora* vertunt. Sensus eodè tendit, nempe, multa impedimenta esse homini perverso in viâ virtutis. Sicut *spinæ*, quas divitias etiam auctoritas evangelica, Luc. 8, interpretatur; sunt *laquei* contritiæ mansueti, perversis verò veluti rete venatoris. *Diaboli enim laquei detinentur ad illius voluntatem*, 2 Tim. 2. Veri potest : *In viâ perversâ, vel, in viâ perversi hominis, Custos animæ elongabit se ab istis spinis et laqueis, vel ab his perversis, vel viis denique ut fiat mutatio numeri*. Chaldaeus Paraphrast. *laqueos* solum posuit, relicta priorie dictione. Quod prius dixit, *abscondit se à malis*, hoc in loco, *elongabit se humilis et mansuetus, qui custodit animam suam, procul ab his spinis divitiarum et laqueis diaboli*,

quæ demergunt homines in interitum, 4 Tim. 6.

VERS. 6. — ADOLESCENS JUSTA VIAM SUAM; ETIAM CUM SENTERIT NON RECEDET AB EA. Hebr. : *Imbue puerum juxta viam suam; vel, imbu, aut doce*. Sic habet prior particula versiculi. Consuetudinem et educationem plurimum valere docet, inuenens statim à juventute optimâ quæque esse instillanda pueris. Nam,

*Quo semel est imbuta recens, servabit odorem*

*Testa diu.*

Qualibus fuerint artibus imbuti juvenes, et qualibus disciplinis edocati, tales ferè futuri sunt senes; non quod hoc semper usu veniat; aliquot enim mutare vitam novimus; verùm Sapiens id quod ferè semper usu venit spectasse videtur.

VERS. 7, 8, 9. — DIVES PATTERIBUS, IMPERAT; ET QUI ACCIPIT MUTUUM, SERVUS EST FENERANTIS, VEL INTUUS DANTIS. QUI SEMINAT INIQUITATEM METET MALA; ET VIRGA IRÆ SUE CONSUMMABITUR. (Hebr. : *Qui seminat iniquitatem metet iniquitatem, et virga iræ sue consummabit eum*; vel, *virgam iræ sue consummabit*.) QUI PRONUS EST AD MISERICORDIAM, BENEDECITUR; DE PANIBUS ENIM SUIS DEDIT PAUPERI (1). Hebr. : *Qui bonus (vel benignus) est occhio, ipse benedicetur; nam dedit de pane suo pauperi*. Ostendit hoc in loco Sapiens rectum usum divitiarum non esse ut divites opprimant pauperes neque in servitum redigant, juxta consuetudinem mundi, quæ est ut non habeatur probitatis ratio aut virtutis, sed divitiarum duntaxat, per quas dives habetur dignus ut sit princeps ac dominus pauperum; cum longè aliter fieri oporteret, imperium videlicet sapientiori, non locupletiori dari; imperium, inquam, debet obtineri qui prudentiâ præstat, et reipublicæ gubernacula possit moderari sapienter, qui reipublicæ comoda querit, non qui sua; quod divites solent facere, aliquos per potentiam, alios per fenora opprimentes et in servitum redigentes: quemadmodum sequitur : *Et servus est mutuum accipiens et qui mutuum dat*, cum ab eo pendat sic obrutus et obnoxius, ac si esset in servitum redactus. Hi cum nummum augere student, diversis creditoribus dispergant ad modum seminantis, cum tamen contra naturam nummi sit ut nummum pariat, aut veluti semina in terram facta multiplicetur. Et proinde feneratoris, qui undique suam disseminant iniquitatem, premium iniquitatis aliquando metent, secundum illud : *Quæ seminaverit homo, hæc et metet*, Gal. 6. *Et virga iræ sue consummabitur*; vel : *Virgam executionis, vel sceptrum domini sui, consummabit Deus*. Et finem imponet servituti quæ pauperes oppressit, cum mercedem iniquitatis suæ reddiderit ei. Qui verò divitias cum sapientiâ possident, longè aliter insunt eas, nempe in subsidium pauperum. Quividelicet non esse inani fastu aut hypocriti, sed pro et bono oculo, sive misericorditer in pauperè intuitu, suum

(1) ANIMAM AUTEM AFFERT ACCIPIENTIUM. Benevolentiam sibi conciliat eorum quibus dat; sic quod dicitur 2 Reg. 15, 6, de Absalon : *Sollicitabat corda virorum Israel*, illis nimirum blandiendo, et se benignum exhibendo. In Hebræo est : *Furabatur corda virorum Israel*. (Menochius.)



panem dedit, sum defraudans ventrem, hic optime collocaat divitias, et benedictionem accipiet. Nam dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in seculum, Psal. 112. Observandum est D. Paulum seculum potius Septuaginta, quam vel versionem nostram vel Hebraeam veritatem: sic enim legit Septuaginta: *virum jucundum et datorem diligiti Deus; Paulus: Bilearem datorem diligiti Deus*.

VERS. 10. — *EPICE DERISOREM, ET EXIBIT CUM EO JURGIUM, CESSABUNTQUE CAUSAE ET CONTUMELIAE (1).*

(1) Sept. : *Epice pestilentem è consessu, et exhibit simul cum illo jurgium; nam cum sederit in consessu, omnes inhonorat; Graeca, ἀρῶνται, id est, deloncat, inhonorat, ignominia allicet, nihil aestimat, contemnit; Syrus: Cessabit lis et opprobrium, ne, si sederit in consessu, omnes probris afficiat; Chald. : Epice derisorem, et expelle contentiosum, et cessabit jurgium et ignominia.*

Pro derisorem Hebr. est *ἄλεις*, quae vox significat hominem noxium et pestilentem, qui alios irridet, subsannat, direxat, pacem turbat, lites et pugnas concitat, qualis est susurro, detractor, conviciator, irrisor, turbulentus et seditiosus: talis enim est causa et fons continuus jurgiorum et rixarum; alios enim probis et sanis impellit, ac seminat dissidia et lites. Ait ergo: *Epice derisorem*, id est, susurrorem et turbatorem, et exhibit cum eo jurgium cessantique causae, id est, lites et contumeliae. Ait derisorem in singulari, non derisores in plurali, quia unus inquietus et turbulentus sufficit ut totum caetum, totam urbem et republicam turbet, vexet, affligat: sicut modicum fermentum totam farinae massam inficit et fermentat. Quae similitudo probat A. V. 1. Cor. 5, 6, inestrum scandalosum ejcendum esse ab Ecclesia. Epice ergo derisorem vel è vita, ne vivens alios turba: ita aliqui. Vel simpliciter: Epice è caetu, ex urbe et republica, ut cum eo velut suscitatore et face succedente exeat pariter jurgia, lites et contumeliae. Sicut enim in cithara, lyra, testudine, organo, harmonia consistit in consona et congrua singularum fidium vel fistularum inter se contemperatio, ita ut, si una dissonet, totam harmoniam turbet et perdat, quare citharodus, lyricum vel organista, qui acutus habet aures, statim advertens quae fides vel fastidia dissonet (esto cithari artis imperiti, ubi sit vitium non advertent, sed illi toti citharae vel choro tribuant), illam caeteris contemperat, vel, si contemperari nequeat, ejcit, aliamque ejus loco consonam substituit, itaque reddit consona prior melodia; sic pariter vita et pax communis conflatur et consistit ex singularum civium pace et concordia: quod si quis inquietus illi se attemptare nolit, magistratus vel principis est eum notare et ejicere: eo enim ejecto, rediit communis pax et concordia, et cum ea salus. Unde concilium Tolotannum II, ut habetur 5, q. 4, ult. in fine, sancit ut clamosi et contentiosi è concilio et caetu episcoporum ejciantur. « Ne contentiosi vocabus, et ait, sensus audientium conturbent, aut iudicii vigorem temanultu perturbent. Quotiesque ergo in conventu concilii temanultu, aut contumacis vel risibus concilium perturbaverit, juxta divinae legis edictum, quo precipitur: *Epice derisorem, et exhibit cum eo jurgium*; cum omni dedecore de confessione abstractus, è communi caetu secedat, et trium dierum excommunicationis sententiam ferat. »

Tales praeter ceteris sint heretici, qui omnia humana et divina ridet et in jocum vertunt, ideoque turbant fideles catholicos. Unde Beda sic explicat: *Epice hereticum, quem corrigere non potes, de Ecclesia, et cum illi libertatem predicandi absteris, catholicam paci manibus praestabis*. Haec de causa Ecclesia hereticos, velut turbatores, seditiosos et seductores excommunicat et

Hebr. : *Epice derisorem, et egredietur jurgium, et cessabit contentio in judicio, et ignominia*. In versione hujus vocis *ἄλεις* tandem reliquit interpretes Septuaginta et secutus est Hebraeus, vertens *derisorem*. In pace et charitate inter homines alenda maxima pars sapientiae consistit, ut superius dictum est. Amicitia vero vel in primis per jurgia, contentiones et ignominiam dissolvitur: à quibus voluit qui esse alieni, sermonis et colloquiorum rationem habere debent, curare ne quis vel derisor vel malus interpres versetur inter eos. Ad pacem familiam, vel judicem et principem in republica videtur dirigere sermonem Sapiens, iniquus, : *Epice derisorem*, qui subsannando, vel deridendo, aut male aliorum dicta vel facta interpretando, seminat iniquitatem; q. d. : Si non sint mala: lingua, non erunt lites, non erunt judicia, non erunt ignominiae inter homines. Nam dum quisque culpam et errorem agnoscit, et damnum quod vicino intulit instaurare cum humanitate querit, dum qui laesus est crimen alterius non in pessimam interpretatur partem, sed seipsam quoque hominem cogitat, primum videlicet ad malam et fragilem, non ad jurgia et lites, non ad contentionem exercendam cum fratre, quò ignominiam hominem afficit, sed ad bonum oculum et pium affectum convertitur, et de pane suo potius impertiet ei, potius feret opem indigenti, quam extreme judicium sententiae vel etiam populi ignominiae hominem exponet. Haud dubie derisor iste prociat à contubernio Ecclesiae expellendus vel populi Judaicus est, vel haereticus, per quem, proli dolor! quanta jurgia, lites et ignominiae inter Christianos confugerunt, qui solent *optimo oculo* se invicem intueri et purum evangelii panem *penetravit* et infirmis in fide distribuere.

VERS. 11. — *QUI DILIGIT CORDIS MUNDITIUM, PROPTER GRATIAM LABIORUM SEORUM HABEBIT AMICUM REGEM. INTERPRETOS SUPPLEVIT PREPOSITIONEM PROPTER. POTES MELIUS REPETI VERBUM ANAT VEL DILIGIT, SIC: QUI AMAT GRATIAM LABIORUM. SUNT EX HEBRAEIS QUI SIC INTERPRETANTUR: QUI DILIGIT HOMINES MUNDOS CORDE, ET EOS QUI GRATIAM SERMONIS HABENT, HABEBIT AMICUM REGEM. PRIOR EXPOSITIO EST MELIOR. REGEM DEUM INTELLIGIT ETIAM HEBRAEUS;*

ab Ecclesia ejcit, ut fidelium pacem, fidei integritatem et salutem teneat.

Monet ergo haec gnome patresfamilias ut è domo, prasulatus ut ab Ecclesia, principes ut è civitate et republica expellant homines turbulentos et pestilentes. Hi enim pacem turbant, omnes vexant, lites serunt, cives indiciunt; quare ut pestes contagiosae à patre, prasule, vel principe, studioso indagandis, ac rigide eliminandi et expellendi sunt, ut caeterorum quieti et saluti consulet.

Et vocet Catena Graeco partim literaliter, partim tropologicè: *Epice, inquit, è doctrine cathedra hominum pravus opinionibus pravisque actionibus imbutum. Epice* idem est anime tue regem pestilentem diabolum, neque solum illum inde expelle, sed odio quoque persequere: si enim sedem in illa cepit, omnes bonas illius cogitationes per immatam et multam et immunditiam turbabit et inquinabit: Apertus enim animam per ea ipsa quaedam oculis similitudinem obtinere aperit ostendit, per quae cogitationes hinc inde exsantes et accusantes inducunt, Rom. 2, 13. »

(Corn. à Lap.)

Qui diligit derisorem, seminantem discordias, non est, amicus regis, qui charitas est et amor. Qui custodit labia sua, custodit cor suum, superius lectum est: merito igitur hoc in loco munditiam cordis et gratiam labiorum requirit in his qui Dei amici sunt appellandi. Undescriptum est Math. 5: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Regem perpetuo videre, in illius versari presentia, amoris maximum est argumentum. De terreno rege, ut nunc sunt mores, nescio si possit hodie habere locum, in tantà principum luxuria et libidine, in tantà adulatores et detractorum turba, quibus aulas regum refertas esse videmus. Sed non verè regnant qui cupiditatibus inserviunt, quibus dominantur vitia, si Diogeni credimus, qui dixit *Alexandrum subditum esse cupidinibus, quibus imperabat ipse*. David, Salomon, Ezechias, et si quis hodie istis reperitur similis, amicos habet longè charissimos eos qui gaudent habere corda ab omni vitiorum foeditate pura, et lingua gratia et benevolentia ac castitate imbutas. Alioqui munditiam cordis ad integritatem fidei referre possumus, juxta illud: *Fide purificans corda*, Act. 15, et gratiam labiorum ad confessionis constantiam; ore enim confessio fit ad salutem, Rom. 10: quibus virtutibus qui pollent regi, haud dubie sunt amici; imò quae carnem domant cum vitibus et concupiscentiis suis, regis dignitatem obtinent. Sed qui verè habent et amant pariterem cordis, qui gratiam labiorum sine fuco et adulacione, non est terreni regis ubique decernere, sed aeterni regis; unde sequitur:

VERS. 12. — *OCULI DOMINI CUSTODIUNT SCIENTIAM, ET SEPULTANTUR VERBA INQUI (1). HEBR.: ET PERVERIT VERBA PRAVARICATORUM. OCULI PROVIDENTIAE DIVINAE QUIBUS PERTINGIT À FINE AD FINEM, ET DISPONIT OMNIA SUAVITER, SAP. 8. HIS OCULIS, HOC EST, HAC PROVIDENTIA, CUSTODIT SCIENTIAM. JUXTA HEBRAEOS: HOMINES QUI HABENT SCIENTIAM LEGIS ET DEI, ET QUI DIDICERUNT AMARE MUNDITIUM CORDIS MAGIS QUAM CORPORIS, HORUM SCIENTIAM ET INTELLIGENTIAM SERVAT DOMINUS, UT QUOTIDIE MAGIS AC MAGIS FIANT AMICI REGIS; CAETERUM QUI PRAVARICANTUR ET TRANSGREDIUNTUR LEGEM ET MUNDITIUM CORDIS NON AMANT, TANTUM ABEST UT À DEO SERVENTUR OCULIS MISERICORDIAE ET PROVIDENTIAE, UT ETIAM ILLIUS JUSTO JUDICIO SUBVERTANTUR. SUBVERTIT ENIM VERBA QUIBUS PRAVARICATIONEM SUAM CONANTUR TEGERE ET OCCULTARE. ALITER: SUBVERTIT VERBA QUIBUS PRAVARICANTUR IN EOS QUI SCIENTIAM DEI HABENT: UT AD HOSTES FIDEI REFERATUR. ET INTER BONOS ET MALOS DOCTORES DISTINGUIT PROVERBIUM; NAM ILLORUM INUITI NAM PER PROVIDENTIAM CONSERVAT IN UTILITATE EORUM QUI FUTURI SUNT; HORUM VERO VERBA STATIM UT DICTA SUNT PERVERTIT, CUM INTER SE NON CONSENTIUNT.*

VERS. 13. — *DIXIT PIGER: LEO EST FORIS; IN MEDIO PLATEARUM OCCIDENTUS SUM. NON TAM VERBIS QUAM FACTIS DICENT ET RESPONDENT PIGRI IIS QUI MOMENT UT HONESTIS OCCUPATIONIBUS ANIMU ADICANT, UT STUDEANT VICTUM QUERERE, ET SAPIENTIAE DENT OPERAM; RESPONDENT, INQUAM, DICENTES: LEO EST FORIS; IN MEDIO PLATEARUM OCCIDENTUS SUM; q. d.: NON AUSIM: HABEO MAGNA SUNT PERICULA. HYPERBOLICAM LOCUTIONEM TRIBUIT PIGRO, QUI VEL LEVISSIMAS MOLESTIAS FERRE TANTUM TIMET QUANTUM SI LEONI OCCURRERET. SOMNUM RUMPERE, INDIAM PATI, FRIGUS ET AESTUM FERRE, QUAE PRO JOCO SUNT STUDIOIS, PIGRO MALA VIDENTUR EXTREMA ET INTOLERANDA. POSSUNT AD IDEM REFERRI: FORIS EST LEO, ET IN MEDIO PLATEARUM OCCIDENTUS SUM, VEL AD DIVERSA; UT SII SENSUS; FORIS IN DESERTIS LOCIS SUNT FERAE; IN VICIS ET PLATEIS CIVITATIS SUNT SICARIIS ET HOMICIDAE. PRIOR EST MELIOR INTERPRETATIO. SIVE ITA DICAT, SIVE NON DICAT, NON REFERT AD SENSUM HUIUS LOCI, CUM IDEM FACIAT AC SI DICERET. QUADRAT PROVERBIUM IN EORS QUI TIMORE PENAE TEMPORALIS AB EXERCITATIONE ET LABORE STUDIOSE RETRAHUNTUR. LEONEM QUI FORIS EST AD JANUAM TIMENT; HOC EST, PRESENTIEM MOLESTIAM SIVE PERSECUTIONEM; SED LEONEM QUI CIRCVIT QUARENS QUEM DEVORET, A PETR. 5, NON PERTINESCIT. MORTEM QUAE IN PLATEIS ET PRAE FORIBUS EST, HORRESCUNT, SED CUM QUI, POSTQUAM OCCIDIT, HABET POTESTATEM MITTERE IN GEHENNAM IGNIS, MATH. 10, NON TIMENT.*

VERS. 14, 15. — *FOVEA PROFUNDA, OS ALIENAE; CUT IRATUS EST DOMINUS, INCIDET IN EAM. (HEBR.: Fovea profunda, os alienarum; iratus Dominus cadet ibi; vel, si Hebraismo liceret uti Latine, cui iratus est Dominus, cadet ibi.) STULTITIA COLLIGATA EST IN CORDE PIGRI, ET VITIA DISCIPLINAE PUGNAT EAM. SIMILITUDINIS PARTICULAM INTELLIGUNT OMNES; UT SII SENSUS: Velut fovea profunda, sive sepulchrum, ex quo non ascendit vitium, sic os alienarum, ut legitur Hebrae; hoc est, cuiuscunque aliene, supple mulieris; ut superius legitimus: Pedes ejus descendunt in mortem, et ad inferos grassans ejus penetrat, cap. 6. In quam profundam malorum foveam ceciderunt qui alienarum ore et blanditiis suis irrotati, vel in primis novit Salomon, qui, 3 Reg. 11, amavit mulieres alienigenas multas, et averterunt mulieres cor ejus à Domino, supple, ad cultum idolorum; aliqui ferè quotquot alienarum colloquii et conviviis gaudent, ad extrema malorum, nempe homicidia et rapinas, quae sunt idolorum servitus, perveniunt tandem ubi iratus est illis Dominus, ut Salomoni fuit, dicente Scriptura, ibid.: *Igitur iratus est Dominus Salomoni, quod averta esset mens ejus à Domino Deo Israel*. Iis verbis: *Cui iratus est Dominus, inquit neminem statim ad profundum malorum pervenire, neque per os alienae mulieris in profundam foveam vitiorum cadere, nisi prius fuerit vitis contaminatus; ut jam juxta theologos, peccatum posterius videatur poena peccati praecedentis, et peccatum peccatum trahere. Et videtur ex precedente versiculo sic pendere sensus ut reprehensum pigrum, hoc est, malum, intelligentis, qui corporis mala timens viam virtutis non capessit; et tamen vitia animae non timet, quae sunt gravissima, et ad quae nunquam pervenire solent qui sunt otiosi, nempe vel ad perniciosam et insanam libidinem, vel etiam ad dogmata erronea et opiniones à verà fide alienas. Per os mulieris alienae sectam haereticorum ad synagogam**

(Bossuet.)



diaboli juxta sensum sublimiorem intelligimus. *Stultitia colligata in corde pueri*; q. d.: Deplorati et desperati sunt qui in *foveam cordis non amant*, non sunt regis amici, sed inimici, et corruentes in profundum eripi non possunt. Juvenes vero qui nondum in profundum malorum pervenerunt, castigare oportet. Et quamvis videatur revera *ligata stultitia in corde juvenis*, ut huic non possit avelli, usque adeo alienus est à sapientia, usque adeo proclivis est ad vitia, praesertim si ab ore et colloquiis alienae captiatur (nam ut *favus distillans labia meretricis* stultae juventutis apparent; cap. 5), tamen quantumvis innata et *colligata* videatur *stultitia juvenis*, ab ea facile solvi potest et separari, partim castigatione et disciplina, partim sana doctrina et eruditione. *Puer*, inquam, sive *juvenis*, hactenus immunis à majoribus criminibus, potest ad sanam mentem facile perducere; potest illius animo sapientia addi, *stultitia expelli*. Non enim naturae vinculis, sed vitiorum seminibus et proclivitate quidam ad vitia, veluti radicibus quo evelli possunt, *ligata est stultitia in corde pueri*. Proverbum mox statim castigationem esse adhibendam his qui sunt sive etate, sive moribus pueri, antequam adolescant vitia.

VERS. 16. — QUI CALUMNIATUR PAUPEREM UT AUGERET DIVITIAS SUAS, DABIT IPSE DITIORI ET EGREBIT (1). Hebr.: *Qui vi opprimit pauperem ut multiplicet sibi (supple opes), qui dat divitiis; etiam ad defectum (supple venit)*. Hieronymus, qui vertit *calumniatur*, secutus est Septuaginta, qui habent *et opprimitur*. Magna stultitia est in hominibus qui avaritiae student, qui per fas vel nefas ditescere cupiunt. Illic vel eum qui à pauperibus violentè rapit intelligimus, vel eum qui pauperem elemosinam defraudat; quorum utrumque ditescendi compendium videtur quibusdam; sed qui spoliis pauperum ditescunt, legem talionis ferre permittit Deus, dum ad defectum perveniunt. Sunt qui aliam ditescendi rationem sequuntur, nempe blandiendi divitibus, dum parva quaedam tribunt ut majora recipiant, qui, ut inquit Isocrates: *Multo artificiosius ea vendunt, quam hi qui ex professo campanantur*. Sed neque augent opes, imò ad inopiam et defectum perveniunt. Nam superius dictum est, artem ditescendi fore largiri pauperibus, non auferre. *Feneratur Domino qui largitur pauperi*, cap. 19. Neque sunt munera porrigenda divitibus quantis gratiam in eorum oculis inveniamus, sed Domino omnium per manus inopum deferenda sunt dona. Si juxta Hieronymum legamus, erit sensus: *Eos qui violentè opprimunt pauperes, cogi necessario dare multa ditibus, ut illorum patrocinio defensi licentius rapiant, ac opprimant tenues, qui nec viribus nec opibus sese tueri possunt*. Juxta sensum allegoricum: *Violentia auferit à paupere, et dat divitiis, qui mentem suam et rationem virtutibus nudam, et tenent in bonis animae*,

(1) DABIT IPSE DITIORI. id est, coegerit dare. Ab alio expectes, alteri quod feceris. Et apud Senecam.

Quidquid à rebus minor extimescit, Major hoc vobis dominus minatur.

(Grotius.)

quotidie tenuiorem reddit per luxum et voluptates; parti vero brutae et irrationali nihil negat, quasi pacem redimens, et se tutum existimans si suo indulget genio. Hic ad magnam inopiam venit et defectum, et cum divite coegerit olim à Lazaro mendicare et petere ut veniat Lazarus, et intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam flammam voluptatis ardentem, Luc. 16.

#### RODOLPHI BAYNI

IN LIBRUM TERTIUM

#### Praefatio.

Si cum judicio incubationes nostras in hunc libellum lucusque perlegeris, candide lector, facile animadvertis quantà conati simus industria non solum singulorum versuum erute sensum ac luce clariùs expandere, sed etiam sermonis filum contexere, versiculos connectere, conglutinare sententias, quae videantur aliqui vel temerè ab auctore factae vel syllabae foliorum more collectae; verum cum sint quasi vinculis colligatae concatenataeque, pleniorum doctrinam continent. Nos adjuvi cum Hebraei veritate, tum commentariis Hebraeorum, orationis et sermonis ordinem sepe numero cernimus qui in Latina versione non apparet. Porro si brevitate, quam imprimis volumus sequi, non sumus vel per varietatem interpretationum, et ambiguitatem Hebraici sermonis, vel per sensum obscuritatem asscuti, nobis veniam facile dabunt quotquot sunt hujus linguae periti, et Hebraici sermonis norunt proprietatem, quae paucis explicari nequit. Et proinde accuratè debet ad contextum quoque intendere qui de nostris laboribus judicare voluerit. Ad hoc versiculo, nempe: *Inclina aurem tuam, et audi verba sapientum*, exordium tertii libri capere volui, quod Salomon hoc in loco, novum loquendi genus, ut inquit Beda, videatur *assumpsisse*. Nam ab exordio decimi capitis Sapientiae praecepta tacitus secum tradens, nunc tandem vicesimo secundo capite sermonem ad filium denuò dirigit, inquit:

VERS. 17-21. — INCLINA AUREM TUAM (1), ET AUDI VERBA SAPIENTUM, ET COR PONES AD SCIENTIAM MEAM. NAM AMENA EST, CUM CUSTODIERIS EAM. IN VENTRE TUO DIRIGENTUR, PARITER IN LABIIS TUIS. UT SIT IN DOMINO FIDUCIA TUA, UNDE ET OSTENDI EAM TIBI HODIE: SIC HIERONYMUS. Hebr.: *Ut sit in Domino fiducia tua; notum feci tibi, etiam tu (scilicet observa)*. ECCE DESCRIPSI EAM TIBI TRIPLICITER IN COGNITIONIBUS ET SCIENTIA. (Hebr.: *Nunquid scripsi tibi tria, vel tribus vicibus, in consiliis, et scientiis?*) UT OSTENDEREM TIBI FIRMITATEM, ET ELOQUIA VERITATIS RESPONDERE EX HIS, ILLIS QUI MISERUNT TE. Hebr.: *Ut scire facerem te veritatem*

(1) Commentatio sapientiae his tribus versibus indicat vel epilogum praecedentium, vel, quod est proclivius, initium aliud. Unde stylus postea aliquantùm diversus. Supra singulae sententiae singulis versibus, aut frequentiores promittantur: haec magis coherent, et ad lectorem quem filium vocat, sermo dirigitur usque ad 24, 25, qui stylus propior illi novem priorum capitum. (Bossuet.)

ad respondendum verba veritatis ad eos qui te mittunt. Hos quinque versiculos, quorum et lectio et interpretatio in nostris codicibus est admodum confusa, connectit Aben Ezra. *Fili mi*, supplevit interpres ex communi loquendi modo quo toto sermone ad filium suum dirigit Salomon, jubens ut *inclinet aurem*, hoc est, libenter et ex animo auscultet, juxta illud Luc. 8: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Appone cor tuum ad scientiam meam, ut discas scientiam meam, quae est consona verbis sapientum; vel: *Inclina aurem ad verba sapientum*, quatenus sunt consona huic meae sapientiae. Prior interpretatio est melior. Et ne grave videatur juveni et molestum rebus severis, cujusmodi sunt verba senum et sapientum, indulgere, addit: *Pulchra erit tibi, vel amena et delectabilis (supple, scientia quam ego doceo) non auditoribus, sed observatoribus et factoribus, cum servaveris illa, verba videlicet sapientum, ex quibus hanc scientiam sive doctrinam conlavi*. In ventre tuo, hoc est, non ore tenus, per hypocrisis, neque in opere externo ad ostentationem, sed in corde: *Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud*, Luc. 11. *Dirigentur pariter in labiis tuis*; q. d.: Tanto magis amena erunt verba sapientum, quanto in illis fuerit major concordia. Non est in hac scientia ut in placitis Philosophorum, inter quos sunt perpetuae lites et pugnae verborum, *questiones interminabiles*, ut inquit Paulus 4 Tim. 6; verum inter haec sapientum verba summa veritas et concordia, ut quae dum in labiis recitas, eadem optime consonant. Aliter: *Dirigentur pariter in labiis, ad munus docendi referuntur*; q. d.: Non solum diriguntur pariter, ut ipse observes in corde tuo, sed etiam ut alios doceas: ut sit futurum pro imperativo, *dirigantur pariter in labiis*, ut praemeditatus possis alios docere. Optime ad memoriam et frequentem meditationem referuntur haec verba: *Dirigentur pariter super labia tua. Ut sit in Domino fiducia tua. Notam feci tibi scientiam meam, ut serves verba sapientum, non ut sapientiam aliquando asscutus sapientiae tuae innitaris, vel in prudentia tua et intelligentia fiducia habeas, sed in Domino tantum spem et fiduciam reponas, quanto diligentius verbis sapientum aurem inclinaveris*. Nam ut maxima stultitia est ponere carnem fragilem et mortalem brachium et fortitudinem tuam, ita summa sapientia est ex Deo pendere, in quo sperare melius est quam in principibus. Porro quod dicit: *Hodie ostendi tibi*, Hebraei referunt ad illum locum cap. 5: *Haec fiduciam in Domino ex toto corde, et ne innitaris prudentiae tuae*. In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos. *Ne sis sapiens apud te metipsum*. Haec sunt quae vel hodie vel hoc tempore docuit suum filium Sapiens. Quod in Hebraeo sequitur: *Verumtamen tu, vel etiam tu, scilicet audisti, vel meministi, vel observa*. Ecce descripsi eam tripliciter. Hebr.: *Nunquid scripsi tibi tripliciter, vel terna, vel tribus vicibus? hoc est, frequenter, et non semel nec iterum, sed saepius inculcando*. Aben Ezra ad tempus refert, id est, *tribus diebus, vel nudistetis*. Aliter: *nunquid scripsi tibi tria verba, vel triplicia? nempe severa, jucunda et per-*

fecta; per numerum ternarium omnem perfectionem intelligens, quemadmodum Pythagore, teste Aristotele de celo et mundo; et erit sensus: *Scripsi tibi nobilia et egregia verba, juxta phrasim linguae Hebraeae quae princeps tertius à rege vocatur* וְשֵׁשׁ; et metaphoricè pro *dogmatibus praecipuis*, ut superius, cap. 8. *Loquar tibi insignia* וְשֵׁשׁ וְשֵׁשׁ accipi potest. Sunt qui terna verba legem, prophetas et hagiographa intelligunt: ut in persona Dei haec dicta intelligamus. Sunt denique qui tres libros Salomonis intelligunt, PARABOLAS, ECCLESIASTEM, ET CANTICA CANTICORUM. Beda tripliciter ad cogitationes instruendas, ad verba et opera refert. Prima expositio maxime arridet. Sequitur: *In consiliis et scientiis* Aben Ezra subintelligit *libro consiliorum et scientiis*, q. d.: *Notum feci tibi tripliciter, hoc est, summa perfectione, verba sapientum in hoc libello consiliorum et scientiis*; q. d.: Hic liber locupletitur optima consilia et scientiam legis divinae, ut scire te faciam veritatem. *Verba veritatis*: וְשֵׁשׁ veritatem et perfectionem significat; et videtur exponere quod dixit superius: *Ostendi tibi tria, nempe consilia, scientiam et veritatem, sive perfectionem, quae consistit in verbis veritatis*. Et possunt ista tria scrupulosius referri ad integritatem vitae, ad cognitionem Dei, ad civilem scientiam necessariam ad vitandum cum hominibus. *Ad respondendum verba veritatis his qui miserunt te* (1), ad publica munera obceda. Tamen Aben Ezra interpretatur, *ad respondendum his qui miserunt te*, hoc est, his qui miserunt me ad te; sed melius ego docui te verba veritatis, ut ipse posthac possis respondere mitentibus te, hoc est, rationem reddere delegati muneri sive à Domino Deo, sive à principibus et magistratibus qui Dei funguntur munere in terris. Aliter: *Ad respondendum his qui mittunt, hoc est, his qui mittunt ad te interrogandum de veritate et verbis sapientum*. His interjectis, quibus auditorem excitare et attentorem facere visus est, ad institutum revertitur, et absolvit sermonem de his quae vel imprimis ad sapientem spectant, nempe ut moneat filium quò ab injuriis pauperibus inferenda abstineat. Nam quae major possit esse stultitia quam pauperes opprimere vel spoliare, quorum patronus Deus est, quorum necessitati succurrere jubemur, ex quorum spoliis et illata injurià nihil lucrari poteris? Quàm insana malitia est horum vasitate gaudere? Quà de re tractans Salomon nunciat verbis, uti dixi, ad auscultandum suum filium excitavit, ut pote de re maximi auditorum. Ceterum de opprimendo paupere per vim, quò illius spoliis ditescat, dictum est; quia in re nulla species justitiae habetur. Qui per calumniam et judicium auctoritatem tenens praedatorem, non minus sunt injuriarum rei, quemadmodum sequitur.

VERS. 22, 25. — NON FACIES VIOLENTIAM PAUPERI, QUIA PAUPER EST; NEQUE CONTRAS EGENTUM IN POSITIONIBUS. (1) Ut ostenderem... eloquia veritatis respondere (ad respondendum) ex his, illis qui miserunt te; mitentibus ad te... Hebr., qui proponunt tibi; Septuag., qui te consulunt, tibi que pro more proponunt questiones aenigmaticas, ut regina Saba et ceteri. 5 Reg. 10. 24. (Bossuet.)



TA, QUIA JUDICABIT DOMINUS CAUSAM EJUS, ET CONFITEGET EOS QUI CONFIXERUNT ANIMAM EJUS. HOBORUM PRO CONFITEGEE RAPERE VEL PERDERE HABET. *Quia pauper est; q. d. : Non est acutum ut rapias vel vim inferas pauperi, quia hoc facili poteris, cum defensorem non habeat. Quanto magis obnoxii sunt injuriis pauperes, tanto crudelius est eos opprimere. Alter: Quia pauper est, cum ab omni injuria debeas alienus esse, tum maxime à rapina pauperis, qui alioqui satis afflictus est eò quòd pauper sit: cui si accedat etiam rapina et depravatio fortunarum, quas habet tenues, ad summam miseriam redigitur. Alter: Quia pauper est, hoc est, quamvis pauper sit, et facillimè possis hominem opprimere. Neque conteras egerum in portâ, duplicem sensum habet: Vel in portâ domus tuæ: cum pauper ad fores tuas venerit petiitum opem abs te, cave ne vel verbis vel factis illius animum frangas, abigens inane, quem debes alere, et illius egestati succurrere. Hominem fame conteris, quem non pascis esurientem. Alter, et ne conteras in portâ, suppl. civitatis, ubi iudicia exerceri solent: ut in portâ conteres sit in iudicio opprimere sententiâ iniquâ. Hæc est melior interpretatio et his que sequuntur magis quadrans. Nam Dominus iudicabit causam ejus, hoc est, vindicabit injuriam pauperibus illatam, ut jam non solum impium, sed etiam stultum sit contra Deum pugnare, ut supra diximus. Et confiteget eos qui confixerunt. Melius secundum Hebræos: Et rapiet raptientium eos animam, vel rapiet à raptientibus eos animam; ut particula וְנִשְׁבֵּט accipiat; et sit sensus: Deus sumet vindictam de his qui deprædantur pauperes, et par pari referet. Nam qui pauperibus quidquam facultatum auferit, vitam videtur auferre, cum eos ad famem et extremam inopiam adigat: Deus ab his animas, hoc est, vitam, auferet, vel temporalem, quam abbreviabit, vel vitam æternam, dum ab illis recedit Deus, sine quo vita nulla est.*

VERS. 24, 25. — NOLI ESSE AMICUS HOMINI IRACUNDO, NEQUE AMBELES CUM VIRO FURIOSO. NE PORTÊ DISCAS SEMITAS EJUS, ET CAPIAS SCANDALUM ANIMÆ TUÆ, VEL, ET SUMAS LAQUEUM ANIMÆ TUÆ. Quod in specie dicitur de irâ et furore, in genere intelligere possumus de societate omnium malorum, que non potest esse sine periculo. Qui his perturbationibus obnoxius est, nempe iræ et furori, facilius pertrahit in ideam genus mali eos qui secum vivunt; et idcirco Sapiens amicum esse prohibet et ambulare vetat cum homine iracundo, vel quòd hujusmodi non sit aptus ad amicitiam, ut pote qui levissimâ de causâ solet offendi. In Hebræo legitur וְנִשְׁבֵּט, hoc est, vir, vel, dominus et possessor, iræ; et significat non eum qui frequenter et subinde irascitur solum, sed eum etiam qui provocat ad iram, et eum qui dignus est irâ, et meretur ut quis irascatur et iram exerceat in eum; et erit sensus: Ne societatem, vel amicitiam, jungas cum eo qui multis displicet, qui iram provocat Dei vel hominum. Ne discas semitas ejus, que sunt aliene à sapientiâ. Ut aves laqueis capiuntur imprudentes, sic homines dum temerè vincuntur ab affectibus, incidunt in mala quibus sese explicare non possunt. Possumus per dominum iræ ip-

sam effrenam animæ portionem intelligere, que à philosophis irascibilis appellatur, cui vel obtemperare vel amicitiam jungere mentem et rationem prohibet Sapiens, ne si frequentius irasci assuescamus, contractâ consuetudine irascendi, veluti laqueo ligata mens sapere desinat.

VERS. 20, 27. — NOLI ESSE CUM HIS QUI DEFIGUNT MANUS SUAS, ET QUI VADES SE OFFERUNT PRO DEBITIS. (Hebr. : Ne sis inter eos qui percunt manus stipulando, et fidejudent pro debitis, vel oneribus. Si enim non habes unde restitutas, quid cause est ut tollat operimentum de cubili tuo? Hebr. : Si non sis tibi ad reddendum, quare capis lectum tuum de subitis te? Sub his verbis, que prudentiam quamdam mundanam præ se ferunt, aliorum latet sensus; et ex superiore subaudiendum: Noli esse socius (vel amicus) cum his qui esse implicat stipulationibus in oneribus; q. d. : Qui promittunt plura quam sint solvendo, qui fidei aliene et periculo facultates suas committunt. Quod tuâ causâ nemo prudens fecerit, tu in alienâ facere non debes, fidejubere videlicet in causâ que te ad egestatem possit perducere. Videtur pendere ex precedentibus. Jam enim prohibuit ne quis pauperem deprædaret; verum hoc in loco monet ne quis suâ culpâ ad inopiam perveniat; quod frequenter fieri solet imprudentibus, qui temerè, cum tenues sint, pro magnis oneribus et opibus stipulantur: unde nonnulli omnibus spoliati ne lectum quidem aut calcitrâ reliquam habent. Simul et feneratorum et exactorum crudelitatem insinuat, qui res vel maxime necessarias in securitatem vel solutionem alieni debiti rapere et vendicare solent. Alioqui jussit quoque Sapiens superius, c. 20. Ute vestimentum ejus qui fidejussor existit alieni. Undique cautum et providum vult esse suum filium, ut ne quid damni capiat alienâ fide deceptus, neque pro debitis aliorum fidejubens extrema illa petiatur que fidejussoribus solent evenire. Juxta sensum secretiorem: Afigunt manus fidejubentes pro oneribus alienis et peccatis, qui curam animarum suscipiunt; et episcopali munere fungi gaudent et ambiunt; qui si tenues sint in doctrinâ et virtutum opibus, ut solvendo esse non possint, neque rationem villicationis reddere, Luc. 16, veniet tandem qui lectum auferat, hoc est, hujus vite amovissimâ queque, quibus veluti strato hæcæntis dormiebant mali pastores oblitii sponsonis et fidejussoribus suæ. Potest quadrare proverbium in omnes eos qui aliorum curam gerunt, sive patres, sive rectores civitatum et provinciarum.

VERS. 28, 29. — NE TRANSGREDIARIS TERMINOS ANTIQVOS, QUOS POSUERUNT PATRES. (Hebr. : Ne transferas terminum seculi, quem fecerunt patres tui.) VIDISTI VIRUM VELOCEM IN OPERE SUO? CORAM REGIBUS STABIT, NON STABIT CORAM TENEROSIS VEL OBSCURIS. Si absolute dictum intelligatur: Ne transgrediaris terminum, vel ad terminos et limites in agris olim positos, quibus singularum hæreditates designantur, spectâ, vel ad legis prescripta et majorum sententias, quibus æquum et bonum inter homines statuitur ac decernitur, que cum ad amicitiam et concordiam inter homi-

nes plurimum momenti habeant, temerè contemnenda non sunt à quâlibet sapiente (1). Juxta quosdam ad Hebræos, ad eos dirigit sermonem quorum crudelitatem in superiore versiculo notavit: Quare lectum tuum accipies subitis te? q. d. : Hæus tu qui tanto rigore fœdera exigis et debita ab eo qui fidejussit, terminum et normam antiquorum patrum noli transgredi. Jam enim ab illis statutum est ne vestem aut stragulum pro pignore detineas, sed sub vesperam semper restitutas, cum sit in quo dormiat tenuis frater, Exod. 22. Si pigrus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei; ipsum est solum quo operitur indumentum carnis ejus; non habet aliud in quo dormiat. Denique, terminum patrum transgredi est nova dogmata excogitare, sectas introducere, deos alienos colere, aut ritum colendi Deum traditum à patribus immutare, secundum id quod scribitur Deut. 15: Si surrexerit in medio tui propheta, etc., et dixerit: Eamus, et sequamur deos alienos, quos ignoras, et serviamus eis, non audies verba

(1) Sed dubitandum non est in his verbis etiam sublimiorem sensum contineri, quem nobis veteres tradiderunt, qui quidem intelligunt sententiam de terminis catholicæ fidei à Patribus constitutis. Sic venerabilis Beda: Ne transgrediaris terminos fidei, quos catholici ad initio statuere doctores. Et Gregor., lib. 16 Moral. cap. 21, tractans illud Job. 24: Alii terminos transulerunt: Quos, aliorum nomine, nisi hæreticos designat? qui à sanctæ Ecclesiæ gremio extranei existunt. Ipsi cum terminos transferunt, quia constitutiones Patrum prævicando transcendunt. De quibus nimirum constitutionibus scriptum est: Ne transgrediaris terminos antiquos. (Estius.)

## CAPIT. XXIII.

1. Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende que apposita sunt ante faciem tuam:
2. Et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.
3. Ne desideres de cibis ejus in quo est panis mendacii.
4. Noli laborare ut diteris; sed prudentiæ tuæ pone modum.
5. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere, quia facient sibi pennas quasi aquilæ, et volabunt in cœlum.
6. Ne comedas cum homine invido, et ne desideres cibos ejus:
7. Quoniam in similitudinem arioli et conjectoris, astimat quod ignorat. Comede et bibe, dicit tibi; et mens ejus non est tecum.
8. Cibos quos comederas, evomes, et perdes pulchros sermones tuos.
9. In auribus insipientium ne loquaris, quia despiciet doctrinam eloqui tui.
10. Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introas.
11. Propinquis enim illorum fortis est, et ipse judicabit contra te causam illorum.
12. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, et aures tuæ ad verba scientiæ.
13. Noli subtrahere à puero disciplinam; si enim percusseris eum virgâ, non morietur.

propheta illius, cui somnioris. — Vidisti virum velocem in opere, q. d. : In transferendis terminis à patribus statutis non est laus aut aliqua pars sapientiæ; sed in tuis operibus tandem habebis, non in alienis studiis et laboribus evertendis; quod ignavi et otiosi hominis signum est; relictis igitur his que ab antiquis rectè statuta sunt integris, ad aliud quodcumque studium honestum cum diligentia accingere. Nam qui in opere diligentiam et fidem præstant, etiam regibus sunt chari; apud reges eam inveniunt gratiam ut eorum presentia perpetuò fruatur. Coram regibus stare solent, non in privatis versari familiis inter obscuros et ignobiles. Cogita igitur quanta laus sit et quanta virtus in tuo labore et opere studioso esse et sedulo. Et haud dubiè quod Salomonis tempore, nestro quoque locum habet; nam quocumque studio, quodcumque scientiâ aut arte, non tam ipsa faculta commendat hominem quàm industria et fides ac vigilantia. Proverbiûm in genere dictum ad omnes ordines potest accommodari. Juxta proprietatem sermonis Hebræici potest et alium habere sensum, nempe, ante reges statue se; q. d. : Labor omnia vincit improbus, et vel ad regiam evehit dignitatem, maxime labor qui in vineam Domini impenditur, ut ad spirituales sensum veniamus. Si quis cum Paulo dicere possit: Plus omnibus laboravi in Ecclesiâ Christi, stabit ante reges et principes, de quibus scriptum est, Psal. 45: Pro patribus suis nati sunt tibi filii, constitues principes super omnem terram, non coram Judicis ubique obscuris.

## CHAPITRE XXIII.

1. Lorsque vous serez assis pour manger avec le prince, considérez avec attention ce qui sera servi devant vous.
2. Mettez un couteau à votre gorge, si toutefois vous êtes maître de votre âme.
3. Ne désirez pas les viandes de la table où se trouve le pain de mensonge.
4. Ne vous fatiguez point à vous enrichir; mais mettez des bornes à votre prudence.
5. Ne levez point les yeux vers les richesses que vous ne pouvez avoir, parce qu'elles prendront des ailes comme l'aigle, et s'envoleront au ciel.
6. Ne mangez point avec un homme envieux, et ne désirez point de ses viandes;
7. Parce qu'il juge de ce qu'il ignore, comme un homme qui devine, et qui suit ses conjectures. Buvez et mangez, vous dira-t-il; mais son cœur n'est point avec vous.
8. Vous rejetterez les viandes que vous avez mangées, vous perdrez vos sages discours;
9. Ne parlez point avec les insensés, parce qu'ils mépriseront la doctrine que vous leur aurez enseignée par vos paroles.
10. Ne touchez point aux bornes des petits, et n'entrez point dans le champ des orphelins.
11. Car celui qui est leur proche est puissant; et il se rendra lui-même contre vous le défenseur de leur cause.
12. Que votre cœur entre dans la doctrine, et que vos oreilles reçoivent la parole de science.
13. N'épargnez point la correction à l'enfant; car si vous le frappez avec la verge, il ne mourra point.